

ratione placuit, fructus, quos percepit, ejus esse pro cultura, & cura. Et ideo si postea dominus supervenerit, & fundum vindicet, de fructibus ab eo consumptis agere non potest; Quibus verbis satis indicatur naturali ratione possessorem bonæ fidei sibi totaliter acquirere fructus industriales, seu civiles pro ejus erga ipsos adhibita cultura, & cura; nec eos debere restituere domino comparanti, si ipsis perceptis, inde factus sit ditior, & leges numero antecedenti pro contraria opinione adductæ, & aliæ consimiles, quæ videntur dicere possessorem bonæ fidei teneri restituere id, in quo ex fructibus ante litis contestationem consumptis, factus est ditior; intelligendæ sunt solum de fructibus naturalibus, & nullatenus de industrialibus, uti notat ipsamet Glossa in cit. §. 35. Institut. de rerum divisione, verb. Fructus.

62 Possessor partim bonæ, partim malæ fidei, si bona fide cepit, sed mala fide superveniente consumpsit, tenetur ex re accepta restituere pro tempore bonæ fidei, sed à tempore malæ fidei tenetur etiam ex injusta acceptione ad omnia damna. Communis, per textum in l. Qui bona fide 23. ff. de acquirendo rerum dominio §. 1. cap. Si virgo 5. caus. 34. quest. 2.

63 Possessor partim bonæ, partim malæ fidei, qui prius mala fide possedit, & consumpsit partem rei mala fide possessæ, & postea cum titulo apparenter justo bona fide consumpsit reliquum, si inde cognoscatur se verum Jus non habuisse, tenetur ex injusta acceptione ad restitutionem pro tempore malæ fidei, & à tempore bonæ fidei tenetur tantum ex re accepta, quia mala fides præcedens non fuit causa posterioris damni, seu consumptionis reliqui factæ tempore bonæ fidei, cum iusta mala fides fuerit jam purgata per hanc supervenientem bonam fidem; unde nunc dominus non patitur damnari ob iniquam perceptionem, sed ob consumptionem bona fide subsequutam & sic in ordine ad posteriorem tempore bonæ fidei idem est moraliter, ac si non processisset mala fides.

64 Qui prius percepit, & possedit mala fide, sed nihil consumpsit, nisi postquam supervenit bona fides, non tenetur restituere nisi ex re accepta quantum factus est ditior, quia influxus perceptionis, & possessionis iniquæ, in damnum domini interruptus fuit per bonam fidem supervenientem, qua juste fructus illi retinuit, & inde consumpsit, quæ bona fides, & justa retentio fuit causa, quod illi fructus consumerentur, & quod dominus patiatur damnari non ex injusta perceptione, sed ex justa retentione, bona fide subsequuta. Unde juxta dicta numero antecedenti dominus nunc non patitur damnari ob iniquam perceptionem, sed ob consumptionem bona fide subsequutam, adeoque &c.

65 Qui bona fide percepit fructus, si supervenit mala fides, antequam consumantur, vel quamdiu ex illis manet ditior, jam ex tunc tenetur restituere id totum domino; Et si non restituat, tenebitur postea ratione injustæ detentionis ad totum damnum inde vero domino postea sequutum.

66 Successor possessoris malæ fidei, si succedat ut hæres immediatus, & rem ab hoc acceptam consumat etiam bona fide, neque inde factus sit ditior, tenetur adhuc restituere ex injusta acceptione non sua, sed sui antecessoris rem, & fructus, & compensare omnia damna, & lucra cessantia ex mala fide antecessoris orta, quantum vires hereditatis patiuntur; Sic Atili. decr. 240. num. 10. ubi refert, quemdam heredem à Concilio Neapolitano condemnatum fuisse ad restitutionem fructuum ad exonerandam conscientiam Defuncti, Fagnan. l. 2. Decret. in c. Gravis 11. de restitutione spoliator. à num. 130. ad 134. cum Barr. Abbat. Bero, Ruin. Socin. ibi citatis, & alii passim; Et ratio est, quia tunc bona fides hæredis non sibi prodest, quia cum succedat in jus

omne defuncti, & in omnibus ejus personam repræsentet, ut in Authen. de Jurjurand. à morient. prærit. sequitur, ut succedat quoque in vitium, ac malam fidem defuncti, quæ propterea sibi etiam nocet, ut habetur, in l. Litigator 2. Cod. de fructibus, & litem expensis, ubi postquam statutum est, possessorem post litem contestatam teneri de fructibus perceptis, & percipiendis, statim subiungitur: Hæres quoque succedens in vitium per habenda fortuna est, & in l. Cum hæres 11. ff. De diversis temporalibus præscriptionibus, ubi expresse habetur: Cum hæres in jus omne defuncti succedit, ignoratione sua defuncti vitia non excludit, & in fine subiungitur: Neque enim recte defendatur, cum exordium ei bona fidei ratio non teneatur, & in terminis docet Glossa in l. Sequitur §. Fructus in verb. Non fuerit, ff. De usurpationibus, & usurpationibus, reddens rationem, quia hæres vitiorum & culpæ defuncti est successor; l. Si ego emi 11. §. 2. ff. de publiciana in rem actio. & cit. leg. Cum hæres ff. de diversis temporalibus præscriptionibus. Et totum hoc etiam verum esse de hæredibus mediatis probabilis docent Lugo, & alii cum La Croix lib. 3. part. 2. num. 490.

Si successor possessoris malæ fidei succedat ei, 68 non ut hæres, sed alio nomine, v. g. ut legatarius, donatarius, emptor, & hujusmodi, non tenetur ex injusta acceptione, sed tantum ex re accepta. Si quis enim à malæ fidei possessore emerit, aut dono acceperit bona fide, tunc talis bona fides in successore prodest ad fructuum acquisitionem, potestque ipse successor cum bona fide præscribere, quia non facit unam cum illo personam, & censetur succedere tantum in Juribus realibus, non autem in vitis personalibus, unde non est inspicendum exordium personæ, à qua causam habuit, quia in illius vitium non succedit, ut colligitur ex d. l. Si ego emi 11. §. 2. ff. de Publiciana in rem actio, ubi textus constituit differentiam inter successorem singularem, & universalem, & ibi hoc tenet Glossa in verb. Sed hæres, Abbas in cit. cap. Gravis 11. de restit. spoliat. n. 10. Bero ib. n. 38. Fagn. ibid. num. 135. Menoch. de recuperand. posses. remed. 15. n. 120. La Croix lib. 4. p. 2. n. 238. & alii passim.

(Vid. leg. 16. tit. 29. part. 3. (vid. leg. 12.) ubi ad præscriptionem non datur distinctio inter successorem particularem, & universalem, nam continuatur tempus, si successor habet bonam fidem, per consequens juxta per me exposita animadvertes, quales fructus, si interruptitur præscriptio, ad eundem spectaturos.)
Alia, Vide verb. Dominium, verb. Emptio, verb. Restitutio.

69 Possessor bonæ ne, an malæ fidei præsumi debeat, utilis disquisitio est. Possessorem autem, tamen titulo destitutum, bonæ fidei esse præsumendum, si jus commune non contradicat, nec alius appareat antiquior possessor, communis est sententia, ut videtur est apud Vasquium contra illustr. lib. 4. c. 79. n. 15. & c. 81. n. 8.

At Fachinæus controvers. jur. lib. 8. c. 32. communem hanc sententiam impugnat, tenetque bonæ fidei possessorem præsumi eum haud posse, qui titulo careat; idque quia omnes scire debent, quod sum non est, ad aliorum modis omnibus pertinere; L. ultim. Cod. Unde vi.

De possessore autem bonæ fidei pertissima est regula illa juris: Bona fides tantum possidenti præstat, quantum veritas, quoties lex impedimento non est, Leg. 136. ff. de Regul. Jur.

Et sane quidem par est bonæ fidei possessoris, & 73 domini ratio in actionibus excipiendis, par est & in actionibus exercendis amissa possessione uti dominus rei vindicatione, ita & possessor bonæ fidei Publiciana actione adversus tertium agit; L. 1. ff. de Publician.

6 Par ratio est, etsi de utilitate rei disseratur. Possessor enim bonæ fidei, non secus ac dominus, de re disponere potest; l. 25. §. 1. ff. de usur. l. 48. ff. de Acquir. rer. domin. §. Si quis à non domino.

7 Inst. de rer. divit. Immobilem demum sive possessor bonæ fidei sive dominus, judicio sisti, damni que infecti satisfacere non cogitur; l. penultim. §. 7. ff. Qui satisd. cogant. l. 9. §. penult. ff. de damn. infecti.

8 Modus vero huic exæquationi positus est verbis illis: Quoties lex impedimento non est. Non una vero est Interpretum sententia de hoc modo. Vide eas apud Jacobum Gothofredum in comment. ad hanc leg. 136. ff. de Regul. Jur. qui ita de eo sentit: "Primo igitur (inquit), ponamus exemplum in Sen. Cons. Sylloniano, eoque odioso: Ibi scilicet domini appellatione non continetur, qui servum bona fide possedit non magis, quam usumfructum solum habuit; leg. 1. §. 2. ff. de Sen. Cons. Sylloniana. Secundo ponamus in actione ex edicto de servo corrupto, quæ utique bonæ fidei possessori non competit, seu hoc edicto agere non potest, ut idem Ulpianus istud edictum interpretans definit leg. 1. de servo corrupti. quæ potissimum species hic mihi placet una cum sequenti. Tertio ponamus, & in edicto de Religiosis, ad quod pertinent tres proximæ sequentes regulæ; & de qua Paulus egit lib. 27. ubi edictum discrete domino dat actionem in eum, qui mortuum in locum alienum intulit, vel inferre curavit, non vero bonæ fidei possessori; l. 2. §. 1. ff. de Religios.

9 Sed nec male exemplum meo iudicio in fructibus poni potest. In fructuum enim ratione non semper bona fides tantum præstat, quantum veritas. Quare caute idem Jurisconsultus Paulus in l. 48. ff. de acquirend. rer. domin. scripsit: Quod ad fructus attinet, bonæ fidei emptorem loco domini PENE esse. Exempli gratia bonæ fidei possessor restituere cogitur domino supervenienti fructus extantes, necdum consumptos. Sed, & quidquid Paulus addat eidem de fructibus naturalibus, Pomponius tamen in l. 45. ff. de usur. & hos denegare videtur bonæ fidei possessori.

10 Latissimus hic se offert campus disserendi de fructibus, quos suos facit bonæ fidei possessor. Sed ne nimis sim, vide qui rem pro dignitate tractant Stryk in usu modern. Pandect. l. 6. tit. 1. §. 12. & plur.

11 seg. ubi de eo etiam discutit, an Judex possit ex officio adjudicare fructus ab Auctore non petitos, Bohemer. introd. in jus digestor. lib. 6. tit. 1. §. 11. & seq.

12 De possessore bonæ fidei quoad recuperationem impensarum adi quoque Stryk in usu modern. Pandect. l. 6. tit. 1. §. 16. & seq.

13 Et demum quando possessor bonæ fidei talis esse desinat, tradit idem Stryk in usu modern. Pandect. lib. 6. tit. 1. §. 14. & seq.

POSTLIMINIUM.

SUMMARIUM.

- 1 Postliminium quid sit.
- 2 Postliminii Jus non habet locum in officiis minoribus Regularium.
- 3 Habet tamen locum in Prælatibus electivis, etiamsi non sint perpetui, sed ad certum tempus.
- 4 Et de facto postliminium habet etiam locum in officiis ad certum tempus solum duraturis, ut patet de Tutore, qui licet captus ab hostibus desinat esse Tutor, tamen reversus recipit tutelam Jure postliminii.

5 Quo postliminii Jure quicumque reversus statum recuperat pristinum, & munia etiam civilia & cuncta ei incolumita servantur.

6 Postliminii Jus secundum canones locum non habet quantum ad hoc, ut Christiani capti ab hostibus servi eorum efficiantur, sed bene quantum ad hoc, ut reversi à captivitate, omnia, quæ habebant, recuperent.

7 Et ad hoc datur casus patris Joannis Cheron Provincialis Carmelitarum, qui à Turcis captus, ac postea liberatus, à Sacra Congregatione Episcoporum & Regularium jubetur in possessione provincialatus manentem, & ad liberum illius exercitium reintegrari, cessata alterius provincialis electione.

8 Immo etiam secundum leges civiles capti à piratis, vel latronibus liberi permanent, & retinent omnia Jura sua, nec est eis necessarium postliminium.

9 Addit. inreruntur.

Postliminium est jus amissæ rei recuperandæ à extraneo, & in statum pristinum restaurandæ. Sic in re Communis, per textum in l. Postliminium 19. ff. de captivis, & redemptis ab hostibus.

Postliminii Jus non habet locum in officiis minoribus Regularium, ad quæ Regulares non assumuntur per electionem canonicam, sed sunt Obdientiarum, & ad nutum superiorum amovibiles. Communis per textum in cap. Cum ad monasterium, §. Tables, vers. Nec alicui, de statu Monachorum. Habet tamen locum postliminii Jus in Prælatibus electivis, etiamsi non sint perpetui, sed ad certum tempus, puta ad biennium, triennium, & sexennium; quia Prælati sic canonicè electi, eo tempore durante, Juris ordine non servato, & sine justa, & rationabili causa removeri non possunt: textu expresso in cap. Monachi, §. Priores, de statu Monachorum.

Et de facto postliminium habet etiam locum in officiis ad certum tempus solum duraturis, ut patet in officio Tutelæ; Licet enim officium Tutoris non sit perpetuum, sed temporale, & finitur Pubertate, ut in Inst. de Atiliano Tutore §. Ab hostibus: tamen reversus recipit tutelam Jure postliminii, ut expresse dicitur in cit. §. Ab hostibus: ibi: Nam reversus recipiat Tutelam Jure postliminii.

Quo jure alia quoque omnia recuperat, ut ibi notat Glossa in verb. Jure postliminii: sicuti quilibet alius reversus ab hostibus, ut est textus expressus in l. Postliminii 5. ff. de captivis, & Postliminio, §. 1. ibi: "Omnia restituntur ei Jura, ac si captus ab hostibus non esset," l. Cum dux 14. ff. eodem, ibi: "Cum dux species postliminii sint, ut aut nos revertamur, aut aliquid recipiamus, cum filius revertatur, dupplicem in eo causam esse oportet postliminii, & quod pater eum reciperet, & ipse Jus usum," l. Hostes 24. eodem ibi: "Ab hostibus autem captus. . . postliminio statum pristinum recuperat, & Instiuit. Quibus modis Jus patris postestatis solvitur, & si ab hostibus." Unde & munia civilia recuperat: l. Liber captus 17. Cod. de postliminio reversis, l. Liberus 17. ff. ad municipalem, §. 6. & incolumnia cuncta ei servanda sunt; l. Diversarum, 20. Cod. de postliminio reversis, vers. Reddantur: ibi: Quovis Jure postliminii etiam veterum responsis incolumia cuncta servanda sunt.

Postliminii Jus secundum canones locum non habet quantum ad hoc, ut Christiani capti ab hostibus eorum servi efficiantur, ut erat cautum de Jure civili, ut §. Servi, Instiit. de Jure personarum, sed bene quantum ad hoc, ut recuperent omnia, quæ prius habebant, ut clarè constat ex cap. Prima actione 14. caus. 16. q. 4. & cap. Cum per bellicum 1. caus. 34. q. 1. & tenent communiter Doctores, & sic semper fuit judicatum. Et signanter in casu Paris

tris Joannis Cheron Provincialis Carmelitarum Vasconie, qui rediens à Capitulo Generali in Urbe celebrato die 31. Maij 1648. fuit in Mari captus à Turcis, & cum Generalis Ordinis de illius captivitate certior factus fuisset, creavit Vicarium Provinciale, sed eo conquirente, quod Vicario nomine non posset Provinciam gubernare, & Regularis observantia multum periclitaretur, cumque nulla spes subesses redemptionis Patris Cheron, comitia Provincialia indixit, in quibus, die 8. Maij 1650. idem Vicarius in Provinciale electus est; sed die 6. Aprilis immediate precedentis antiquus Provincialis præter spem redemptus Romam perrexit, & postulavit sibi reddi Provinciale; sed, Generali revertente, recursum habuit ad Sanctissimum D. N. reque à Sanctitate sua ad Sacram Congregationem Episcop. & Regul. delata, tametsi nonnulli regulares contenderent electionem secundi Provincialis fuisse legitimam, nec Provinciale Redemptum posse Provinciale repetere, ut in specie P. Lezana in suis consultationibus, consult. 42. Nihilominus Sac. Cong. mandavit Generali Ordinis, ut Patrem Cheron in possessione Provincialis maneret, & ad liberam illius exercitium restitueret, & reintegraret, electionem novi Provincialis cum omnibus inde sequutis cassando, & annullando, contrariis non obstantibus. Die 12. Augusti 1650. Sic refert Fagnan, lib. 5. Decret. in c. Petuas 32. de Simonia n. 46.

8. Immo etiam secundum leges civiles, capti à piratis, vel latronibus liberi permanent, ut expresse habetur in cit. l. Postliminium 19. ff. De Captivis, & Postliminio, §. 2. ibi: A Piratis aut Latronibus capti, liberi permanent, & ideo retinent omnia sua Jura, & postliminium non est illis necessarium, ut expresse dicit textus in cit. l. Hostes 24. ff. eodem, ibi: Et ideo qui à latronibus captus est, servus latronis non est, nec postliminium illi necessarium est.

9. Num dictio juris postliminii, tum legis Cornelie hodie obtineat, vide apud Stryk in usu modern. Pandect. lib. 49. tit. 15. §. 1.

(Præcedentia pene accipiunt confirmationem, si recognoscuntur que lit. A pag. 289. col. 1. in prin. lit. E pag. 213. vers. In prima: atque lit. T. pag. 50. col. 2. & seq. enunciantur; amplius, quamvis etiam summam, disposita in tit. 29. p. 2. declarantur. In prima proponitur, quid sit Captivus, & quæ differentia inter hosce, vinculisque addictos: in secunda, tertiarque rationes, ob quas sunt illi redimendi, ac à quibus præscribuntur: in quarta, bona eorum quomodo custodienda, notatur: in quinta quod transcurto tempore eadem non admittuntur: in sexta, quæ possit vel non efficiere captivus, dum in captivitate existit: in septima quæ jura filifamilias habeant, patre in ea retento: in octava, quid in bonis possit hæres seu successor post captivi mortem, si per illum non stetit quominus redimeretur: in nona decliditur, transfugas ad hostes hisce non frui privilegii in decima, quidquid sit ab hostibus occupatum, si recuperatur, ad ipsos dominos (vid leg. 38. tit. 18. ejusdem p. 2. in glos.) spectare: in undecima præfigitur facultas, & actio eis, qui aliquid pro captivo impendunt: in duodecima seu finali quæ ex solutis ad redemptionem recuperanda; Vid. etiam tit. 30. ejusd. p. ubi de personis ad redemptionem efficiendam destinatis agitur, quibus qualitatibus debent esse ornate, & quæ ab ipsis in redemptione observanda; Hic subnecti poterant, tituli 11. lib. 1. Recop. Castellæ & 12. lib. 1. Ord. Reg. in quibus etiam aliqua circa captivos perleguntur.

POSTULATIO PRÆLATORUM

SUMMARIUM.

1. Postulatio proprie dicta, & quantum ad propositum quid sit.
2. Postulatio est de persona aliquo impedimento, aut defectu laborante, ratione cujus non est eligibilis, ac propterea opus habet dispensatione.
3. Postulatio potissimum differt ab electione, quia electio est persona habilis sine dispensatione ad dignitatem; Postulatio autem est persona inhabilis sine dispensatione ad ipsam dignitatem.
4. Proinde postulatio innititur gratiæ; electio vero Juri, seu Justitiæ.
5. Postulatio est duplex, scilicet solemnis, & non solemnis; Et que utraque sit.
6. Postulare possunt omnes illi, qui possunt eligere.
7. Postulari possunt, generatim loquendo, soli illi, qui propter aliquem dispensabilem canonicum defectum eligi non possunt, & cum dispensatione habiliter sunt ad promovendi.
8. Duplex est defectus, seu inhabilitas, scilicet dispensabilis, & indispensabilis, & que utraque sit.
9. In postulatione oportet exprimere omnes hujusmodi defectus seu inhabilitates, aliquem postulatio erit irrita.
10. Episcopus consecratus, immo solum confirmatus nequit eligi ad alium episcopatum, sed solum potest postulari.
11. Poteri tamen eligi Episcopus nominatus, seu electus ante factam suam confirmationem.
12. Item Episcopus, qui renunciavit episcopatu, eligi potest ad aliam Episcopatum, nec debet postulari.
13. Item Episcopi Titulares non sunt eligendi, sed postulandi, ut ceteri alii Episcopi.
14. Item Cardinales Episcopi non possunt eligi ad alium episcopatum, sed solum postulari.
15. Cardinales autem non Episcopi, ut sunt Cardinales Presbyteri, & Diaconi, eligi possunt ad episcopatum, non vero postulari postulatione solemnem, quamvis debeant postulari postulatione non solemnem, seu simplicem.
16. Prælati, alique Clerici & Religiosi Episcopi inferiores eligi possunt ad alierius Ecclesie similem, seu superiorem dignitatem, aut Prælaturam, & etiam ad episcopatum; dummodo accedat postulatio simplex, & non solemnem.
17. Postulantes non possunt amplius variare postulationem, seu ab illa recedere, postquam postulatio est eorum subscriptionibus roborata, & superiori jam presentata.
18. Possunt tamen Postulantes variare postulationem, seu ab illa recedere, quamvis jam fuerit publicata, vel etiam ad superiorem destinata; dummodo ipsi necdum actualiter fuerint presentata.
19. Item postulantes possunt variare postulationem, seu ab illa recedere, quamvis talis postulatio jam fuerit ipsi postulo presentata, & ab eo jam præstitus conditionatus consensus; dummodo necdum fuerit presentata superiori.

Non

21. Non possunt tamen postulantes in foro conscientie variare postulationem, seu ab illa recedere absque gravi, & justa causa; unde si postulatus de consensu postulantium fecisset aliquas expensas, tenentur illi ad eorum restitutionem.
22. Postulantes ad Prælatum scienter indignum seu laborantem defectu indispensabili, pro ea vice sunt ipso Jure privati potestate postulandi, seu eligendi.
23. Item ipso Jure sunt pro ea vice privati potestate postulandi, seu eligendi, qui postulationem vitio persone castatam denuo innovare presumunt.
24. Postulantes ad episcopatum minorem viginii septem annis saltem incæptis, aut Regularem curjibus Ordinis Mendicantium, non solum sunt ipso Jure privati pro ea vice potestate postulandi, & eligendi, sed etiam beneficiis, que obtinent in illa Ecclesia, ad quam postulant, suspensi per triennium declarantur.
25. In similibus casibus, quando postulantes privati sunt ipso Jure potestate postulandi, & eligendi, ea potestas devolvitur ad alios Capitulares, licet numero pauciores, qui in tales indignas, seu defectuosas postulationes non consenserunt, sed expresse contraxerunt.
26. Immo, si unus tantum de Capitularibus innocens superiis, aliis omnibus mortuis, vel privatis, ille solus Prælaturam eligere, vel postulare poterit.
27. Si postulatio non concurrat cum electione alterius in discordia, id est, si una pars Capitularium postulante unum, & parte altera postulante alium, tunc sufficit ad ejus validitatem, & ut admitti possit à superiore, quod sit facta à majori parte Capituli, etiam penitus incerta parte minoris.
28. Si autem postulatio concurrat cum electione alterius in discordia, id est, si una pars Capitularium unum postulet, & altera pars alium eligat, tunc requiritur, quod postulantium numerus sit duplo major, quam numerus eligentium.
29. Si vero in concursu electionis cum postulatione numerus postulantium non sit duplo major, tunc rejecta postulatione electio ab alia parte, quamvis minore, celebrata valet, & confirmari debet; dummodo hæc pars Eligentium superet unum tertium omnium suffragantium saltem per unicum votum, & aliunde Electus sit idoneus.
30. Et de facto fuit sic novissime observatum in Coloniensi.
31. Postulatio fieri debet, & admitti potest ab eo Superiore, ad quem alius spectat Prælati confirmatio; dummodo habeat potestatem dispensandi super impedimento, & defectu electionis.
32. Affertur exemplum de postulatione in meo Seraphico Franciscano Minorum de Observantia Ordine.
33. Item generatim, si quis legitimè postulat ad aliquam Ecclesiam, seu dignitatem episcopatu inferiorem, talis postulatio admitti potest ab Episcopis, aliisque Prælati, quibus competit potestas confirmandi electos ad talem Ecclesiam, seu dignitatem, & qui possunt dispensare super defectu, ob quem sit postulatio.
34. Item postulatio unius Episcopi ad alium episcopatum admitti potest à solo Summo Pontifice.
35. Superior, absolute loquendo, non tenetur ex obligatione Justitiæ irritè sumpta, admittere

ERRATA. BIBLIOTHEC. TOX. VII.

postulationem, etiamsi sit facta à Capitularibus unanimiter de persona idonea, sed potest postulationem rejicere absque cujusque injuria.

36. Tenetur tamen Superior ex debito sui officii admittere postulationem rite celebratam, & factam ob urgentem necessitatem, vel magnam utilitatem Ecclesie.
37. Unde si Prælatus inferior habens potestatem dispensandi in defectu, seu impedimento, dictam legitimam postulationem rejiciat, & noluit admittere, possunt postulantes Superioris Prælati, Officium implorare, ut recusantem compellat admittere.
38. Postulantes tenentur postulationem presentare postulo quam citius commode poterunt; & si ipsi fuerint negligentes, non presentando infra octo dies, puniuntur, ut electores.
39. Postulatur autem post factam sibi presentationem postulationis, tenetur intra mensem, si velit acceptare Prælaturam, prestare consensum conditionatum.
40. Pro facienda postulatione solemnem tutius est observare formam scrutinii.
41. Nihilominus non est absolute necessarium pro postulatione facienda observare dictam formam scrutinii.
42. Pro facienda postulatione invalidæ sunt sequentes formulae, nempe Eligo Postulando, & Postulo Eligendo, aut Eligo postulandum seu postulo.
43. Item invalidæ sunt istæ: Eligo in postulandum, vel postulo eligendum.
44. Item invalida est etiam ista. Eligo & Postulo, prout potest melius de Jure valere.
45. Excipitur tamen casus, quando probabiliter dubitatum, utrum quis sit Eligendus, vel potius Postulandus.
46. Affertur notabilis advertentia.
47. Postulatus consensum prestare debet intra mensem post presentationem sibi factam.
48. Alia ad rem, remissive.

Postulatio proprie dicta, & quantum ad propositum, est alicujus personæ ad Prælaturam, seu dignitatem ecclesiasticam erga Superiorem directæ petitionis, ut eam dispensative admittere dignetur. Est in re Communis. Unde, ut vides, Postulatio est de persona aliquo impedimento aut defectu laborante, ratione cujus non est eligibilis, ac propterea opus habet dispensatione, ut si quis non sit procreatus de legitimo Matrimonio, cap. Innotuit 20. de electione, vel quia non habet legitimam ætatem aut similem defectum patiat, quem Superior non tenetur dispensative admittere ex Justitiâ, sed solum ad dispensandum cum eo, atque ad ejus admissionem concedendam quandoque movetur ex Gratiâ, cap. Bonæ memoriæ 3. de postulatione Prælatorum, & Glossa ibi verb. Gratiâ.

Hinc Postulatio potissimum differt ab electione, quia electio est personæ habilis sine dispensatione ad dignitatem, ut patet ex ejus definitione tradita sub verb. Electio art. 3. m. 3. Postulatio vero est personæ aliquo defectu, vel impedimento laborantis, ratione cujus non est eligibilis sine dispensatione; Ac proinde postulatio innititur Gratiæ, electio Juri, ut nota Glossa communiter recepta in cap. unico, Verbo Eligi postulando de postulatione Prælati in 6. Postulatio enim nullum tribuit jus Postulato, utpote ex aliquo defectu inhabili, quem Superior non tenetur dispensative admittere ex justitiâ, sed solum ex Gratiâ, cap. Bonæ memoriæ 3. de postulatione Prælatorum, junctâ Glossa ibi, verb. Gratiâ. Electio autem, si sit canonice celebrata, & ab electo acceptata, tribuit Jus ipsi Electo ad Prælaturam, seu Dignitatem.

Hh 2

niratem, & ei, si dignus & idoneus sit, ut supponitur, ex Justitia debetur, c. Postquam 3. de electione, & docet communiter recepta Glossa ad Rubricam tituli de postulatione Prelatorum in 6.

5 Postulatio est duplex, scilicet solemnitas, & non solemnitas. Postulatio solemnitas est, quando postulatur quis ab eo Superiore, qui potest in impedimento seu defectu Postulati dispensare, & de hac procedit tradita superius definitio postulationis: postulatio non solemnitas seu simplex est, quando quis postulatus ab eo Superiore qui non potest dispensare super impedimento, seu defectu Postulati, sed solum licentiam, seu consensum concedere potest ad Postulati promotionem, ex quo Postulatus subit ejus jurisdictioni, nec possit sine ejus licentia, aut consensu promoveri, ut si Religiosus a Capitulo, seu Canonicis eligatur in Episcopatum, debet simpliciter, seu non solemniter postulati a suo Prelato, seu Superiore Regulari pro habenda ejus licentia, aut Religiosus electus, seu eligendus possit in sui electionem consentire, & sic transire de monasterio ad episcopatum, quod sine dicta sui Superioris licentia, seu consensu Religiosus nullimode potest; cap. Si Religiosus 27. cap. Si Abbatem 3. de elect. in 6.

6 Postulare possunt omnes illi, qui possunt eligere, Communis per text. in cap. Ad hac 1. §. Licet, de postul. Prelat. c. Bonæ memoriæ 3. §. Mandantes, tit. eod. cap. Bonæ memoriæ 4. §. Ceterum, tit. eod. cap. Innotuit 20. de electione, ubi electio, & postulatio quoad Jus suffragandi æquiparantur, & qui eligere possunt, etiam postulare permittuntur.

7 Postulari possunt, generatim loquendo, soli illi, qui propter aliquem dispensabilem Canonicum defectum eligi non possunt, & cum dispensatione habiles sunt ad promovendi; Communis, per textum in cap. Unico, de postulatione Prelatorum in 6. Postulatio enim est inventa in subsidium electionis, ut sic illi, qui secundum canones eligi non possunt, saltem postulati, atque Superioris gratia dispensativa promoveri valeant, quando ceteroquin Ecclesiæ utiles esse futuri dignoscuntur: unde quando potest fieri electio, nequit fieri postulatio; cum hæc duo sibi invicem adversentur; c. Unico, de postul. Prelat. in 6. & ibi Glossa communiter recepta in verb. Eligendo postulando.

8 Dicitur autem notanter propter aliquem dispensabilem Canonicum defectum eligi non possunt, quia duplex datur defectus, seu inhabilitas, scilicet dispensabilis, & indispensabilis. Defectus, seu inhabilitas dispensabilis est ille, seu ista, in quo, seu in qua Superior potest & solet dispensare, ut est defectus natalium in illegitimis natis; cap. Innotuit 20. de elect. Item defectus Sacri Ordinis ad Prælatum requisiti, c. Dudum 22. de electione; Item defectus ætatis, Extravagant. Unico, de postulatione Prelat. Vinculum etiam alterius Episcopatus, cap. Si unanimiter 6. de postulatione Prelatorum, & hujusmodi alii defectus dispensabiles, qui non impediunt, quin Postulatus possit cum utilitate, & ædificatione populi, præfici, & Prælati munus obire, de quibus late Joan. Andr. in cit. cap. Etsi unanimiter 6. de postulatione Prelatorum num. 4. & seq. Defectus, seu inhabilitas indispensabilis est ille, seu illa, in quo, seu in qua Superior non potest, vel non solet dispensare ad Prælatum obtinendam, ut est morum infamia, Heresis, insordescencia in excommunicatione, suspensione, seu interdictio, ut in c. Ad hæc 1. de postulatione Prelatorum. Item si defectus, seu inhabilitas sit talis, in quo, seu in qua dispensari non solet, ut si quis sit bigamus, spurius, aut ex damnato coitu procreatus, ut colligitur ex cap. Nisi cum pridem 10. §. Personæ vero, de renuntiatio.

9 In Postulatione ad Superiorem directa oportet exprimere omnes hujusmodi defectus, seu inhabilitates,

etsi dispensabiles in Postulato existentes; alioquin postulatio erit irrita, ut colligitur ex cit. cap. Innotuit 20. de electione; Si enim taceatur unus solus defectus, dispensatio veluti subreptitia corrumpit in totum arg. cap. 1. de stat. & qualitat. in 6. & tenent Doctores communiter.

Episcopus consecratus, immo Episcopus solum confirmatus, licet nondum consecratus, nequit eligi ad alium episcopatum, sed solum potest postulari. Communis per textum expressum in cit. cap. Etsi unanimiter 6. de postulatione Prelat. ibi: Cum eligi nullo jure poteris, sed potius postulari; Episcopus enim, licet solum confirmatus, cum contraxerit spirituale Matrimonium cum sua ecclesia, cap. Inter corporalia 2. cap. Licet 4. de translatione Episcopi, non potest ad aliam Ecclesiam sine Papæ auctoritate transferri, aut propria temeritate transire; c. Cum ex illo 1. c. Inter corporalia 2. c. Quanto 3. c. Licet 4. de translatione Episcopi. Potest tamen eligi Episcopus nominatus, seu electus ante factam suam confirmationem; quia licet fœdus conjugii spiritualis inter Episcopum, & Ecclesiam in electione sit intantum, adhuc tamen nondum est ratum, seu perfecte contractum, cum ratum primo fiat in ejus confirmatione per textum in cit. cap. Licet 4. de translatione Episcopi. Item Episcopus, qui renunciat episcopatu, eligi potest ad aliam Episcopalem Ecclesiam, nec debet postulari, quia talis non est amplius alligatus alicui Ecclesiæ, cum vinculum prioris Ecclesiæ per renuntiationem legitime factam, & acceptatam, sit jam penitus dissolutum. Communis.

De Episcopis Titularibus est pariformiter discurrendum, ac de ceteris aliis Episcopis; unde dicti Episcopi Titulares non sunt eligendi, sed postulandi, ut alii Episcopi, cum sint veri Episcopi, sicuti alii, arg. c. Legimus §. Ubicumque dist. 93. c. Paschoralis 7. q. 1. cum similibus, & etiam inter ipsos, & Ecclesiæ, ad quas consecrantur, intercedat fœdus conjugii spiritualis, cap. Inter corporalia 2. de translatione Episcopi; adeoque dispositio loquens simpliciter de Episcopis comprehendat etiam Episcopos Titulares: quia ubi eadem ratio, eadem est legis dispositio; l. Illud, ff. Ad legem Aquiliam, §. cit. cap. Inter corporalia 2. de translatione Episcopi. (Vid. lit. A pag. 198. num. 15.)

Item per eandem rationem Cardinales Episcopi non possunt eligi ad alium episcopatum, sed solum postulati, cum hoc generale sit de omnibus, & singulis Episcopis per superius dicta. Communis.

Cardinales autem non Episcopi, uti sunt Cardinales Presbyteri, & Diaconi, possunt eligi ad episcopatum, non vero postulati postulatione solemnitate, quamvis debeant postulati postulatione non solemnitate, seu simplici pro obtinenda licentia Papæ, ut possint discedere a Curia Romana, & a suis respective Titulis, & transire ad sibi destinatos episcopatus; Ita Abbas Panormit. in cap. Cum Ecclesia vestra 57. de electione n. 5. Fagnan. in cap. Bonæ memoriæ 3. de postulatione Prelatorum, n. 18. Pirhing. lib. 1. Decret. tit. 5. n. 11. Reiffenst. ibidem n. 56. & alii passim, per textum in cap. Ecclesia vestra 57. de electione, ubi legitur, quemdam Presbyterum Cardinalem fuisse electum in Episcopum; & ratio est, quia in Cardinalibus non Episcopi cessat ratio spiritualis conjugii, ob quod Episcopi non possunt eligi, sed solum postulati ad alium episcopatum; unde Doctores dicentes, Cardinales non Episcopos postulandos esse ad episcopatum, per textum in cit. cap. Bonæ memoriæ 3. de postulatione Prelatorum, intelligendi sunt, sicuti & ipse textus cap. Bonæ memoriæ 3. de Postulatione simplici, & minus solemnitate, quæ reipsa est electio: Quam postulationem simplicem, & minus solemnem esse necessariam in electione Cardinalium non Episcoporum ad episcopatum, & nos ultra fatemur, ut patet supra in conclu-

clusione; cum Cardinales habeant alas ligatas, nec possint sine licentia Papæ discedere ab Ecclesia Romana, & sui Tituli, ubi residere tenentur; cap. 2. Ex gestis, de Clericis non residentibus, & si moniti non resideant, seu discessi non redeant ad residentiam, privandi sunt, ut de facto fuit privatus Cardinalis Anastasius a Leone IV. in Concilio Romano; prout refertur in cit. cap. Ex gestis: ibi: In Synodo Anastasius Presbyter Cardinalis Tituli Beati Marcelli ab omnibus Canonice est depositus: eo quod parochiam suam per annos quinque contra canonum instituta deseruit, & in alienis usque hodie demoratur.

16 Prælati, alique Clerici, & Religiosi Episcopo inferioribus eligi possunt ad alterius Ecclesiæ similem, seu superiore dignitatem, aut Prælatum, & etiam ad Episcopatum; dummodo accedat postulatio simplex, & non solemnitas, seu licentia suorum respective superiorum. Communis, per textum in cap. Cum inter 21. cap. Dudum 12. de electione, cap. Si Religiosus 27. cap. Nullus 28. cap. Si Abbatem 36. de electione in 6. Dicit enim sacri canones, alique similes permittunt, ut alii Prælati, & Clerici, seu Religiosi Episcopo inferioribus ad alias Dignitates, seu Prælaturas, & etiam ad episcopatum eligi possint; dummodo accedat licentia, seu consensus suorum respective Superiorum, sine qua, vel sine quo in electionem de se factam nequeunt consentire; c. Quorumdam 24. c. Si Religiosus 27. de electione in 6.

17 Postulantes non possunt amplius variare postulationem, seu ab illa recedere, postquam postulatio est eorum subscriptionibus roborata, & Superiori v. g. Papæ est jam tradita, seu præsentata. Communis, textu expresso in cit. cap. Bonæ memoriæ 4. de postulatione Prelatorum §. Nec obstat, ibi: Si enim postquam postulatio subscriptionibus postulantium roboratur, & præsentatur Summo Pontifici approbanda, possent ab ea recedere postulantibus, Nobis (inquit Innocentius III. Papa) frequenter illuderent, & judicium nostrum ex eorum pendere arbitrio videretur.

18 Possent tamen postulantes variare postulationem, seu ab illa recedere, si Superior cum ipsis ad id consentiret, non obstante tali præsentatione facta, nec non contradictione postulati, arg. cit. cap. Bonæ memoriæ 4. de postulatione Prelatorum, ac notant Abbas ibid. n. 12. Fagnan. ib. n. 50. cum aliis ibi citatis, Reiffenstuel lib. 1. Decretal. tit. 5. num. 21. & alii passim, quia tunc cessaret ratio illudendi Superiori, nec postulatus haberet, unde juste congereretur, cum nullum adhuc esset ipsius questum.

19 Item Postulantes possunt variare postulationem, seu ab illa recedere, quamvis jam fuerit publicata, vel etiam ad Superiorem destinata; dummodo ipsi actualiter necdum fuerit tradita vel præsentata; Colligitur ex cit. cap. Bonæ memoriæ 4. §. Nec obstat, de postul. Prelat. & tenent ibi Abbas n. 11. Barbosa ibid. n. 14. cum aliis ibi citatis Reiffenstuel loc. cit. num. 17. & alii passim; Per dictam rationem, quod postulatus non habet, unde juste congeratur, cum per dictam postulationem nullum adhuc jus acquisierit ratione suæ inhabilitatis nondum a Superiore dispensata.

20 Immo per eandem rationem possunt postulantes variare postulationem, seu ab illa recedere, quamvis talis postulatio fuerit jam ipsi postulato præsentata, & ab eo jam præstitus fuerit conditionatus consensus: Si tamen necdum fuerit præsentata, & tradita Superiori; Engel lib. 1. Decret. tit. 5. n. 4. Reiffenstuel ibid. n. 18. Passerinus c. 24. de elect. quest. 9. num. 17. Baldus in c. Postulationem 5. de postulatione Prelat. num. 2. insuper addens hoc ipsum esse verum, quamvis promiserint se non variaturos.

21 Non possunt tamen in foro conscientie postulan-

tes variare postulationem, seu ab illa recedere absque gravi & justa causa, quia talis variatio, seu recessio, ultra quam quod solet pariter graves discordias, & inimicitias, cedit in præjudicium honoris, & reputationis postulati, habetque in se contumeliam; arg. l. Si vero §. final. ff. Qui satisfacere cogantur, & notant Baldus in cap. Publicato 58. de elect. num. 3. Reiffenstuel loc. cit. num. 19. Passerinus loc. cit. quest. 9. num. 19. & 20. recte addens, quod si postulatus de consensu postulantium fecerit aliquas expensas, teneatur ad earum restitutionem, si sic injuste varient postulationem: cum sit penitus illicitum variare, seu mutare cum alterius detrimento, c. Mutare 33. de Regul. Juris in 6. ibi: Mutare quis consilium non potest in alterius detrimentum.

Postulantes ad Prælaturas scienter indignum, seu laborantem defectu indispensabili, pro ea vice sunt ipso Jure privati potestate postulandi, seu eligendi. Communis, per textum in cap. Ad hæc 1. §. Licet, de Postulatione Prelator. c. Gratum 2. eod. c. Scriptum est 40. §. Si vero de electione cum similibus.

Item ipso Jure sunt pro ea vice privati potestate postulandi, seu eligendi, qui postulationem vitio personæ cassatam, denuo innovare præsumunt. Communis, textu expresso in c. Gratum 2. de postulatione Prelatorum.

Postulantes ad episcopatum minorem viginti septem annis saltem inceptis, aut Regularem cujusvis Ordinis Medicantium, non solum sunt ipso jure privati pro ea vice potestate postulandi, & eligendi, sed etiam beneficiis, quæ obtinet in illa Ecclesia, ad quam illum postulans, suspensi per triennium declarantur. Communis, textu expresso in Extravagant. Unica, de postulatione Prelatorum inter communes.

In similibus casibus, quando postulantes privati sunt ipso jure potestate postulandi, & eligendi, ea potestas devolvitur ad alios Capitulares licet numero pauciores, qui in tales indignas, seu defectuosas postulationes non consenserunt, sed expresse contradixerunt. Communis, textu expresso in cit. cap. Gratum 2. de Postulatione Prelat. & concordant c. Bonæ memoriæ 23. & c. Cum Vintoniensis 25. de electione. Immo si unus tantum a Capitularibus innocens superstit, aliis omnibus mortuis, vel privatis, ille solus Prælatum eligere, vel postulare poterit, ut tradit Glossa communiter recepta in cit. cap. Gratum verb. Pauciores: & habetur clare ex l. Sicut 7. ff. Quod cujuscumque Universitatis nomine §. 2. ubi statuitur, quod jus, & nomen Universitatis stet, & conservetur etiam in uno, ibi: Cum jus omnium in unum reciderit, & stet nomen Universitatis, Gloss. ibid. verb. Nomen Universitatis, & Communis Doctores. Vide verb. Electio art. 2. num. 5. & art. 4. ad num. 23. ad 25.

Si postulatio non concurrat cum electione alterius in discordia, sed sola fiat, parte una Capitularium postulante unum, & parte altera postulante aliam, tunc sufficit ad ejus validitatem, & ut admitti possit a Superiore, quod sit facta à majori parte Capituli, etiam penitus invita parte minori. Abbas in cap. Bonæ memoriæ 3. de postulatione Prelat. n. 12. Layman ibid. n. 5. Pirhing. l. 1. decretal. tit. 5. n. 18. Reiffenstuel ib. n. 22. & alii passim; Et ratio est, quia ordinarie ad gesta Capituli sufficit, quod concurrat major pars Capitularium suffragantium, per textum in c. Cum in cunctis 1. De his, que sunt à majori parte Capituli, c. Bonæ memoriæ 3. de postulatione Prelator. c. Dudum 12. c. Auditis 29. c. Coram 35. c. Quia propter 42. c. Ecclesia 48. c. Cumana 50. c. In Genesi 55. de electione, c. Quoniam 3. de Jurepatron. c. Hoc ipsum 11. caus. 33. q. 2. & l. Quod major, ff. Ad municipalem.

Si autem postulatio concurrat cum electione alterius in discordia, id est, si una pars Capitularium unum postulet, & altera pars alium eligat, tunc requiritur

tur, quod postulantium numerus sit duplo major, quam numerus eligentium, ita ut duæ partes, seu duæ tertiæ Capitularium in postulationem personæ idoneæ concurrant, seu consentiant, quibus duabus partibus concurrentibus, admittitur postulatio unius, & rejicitur electio alterius. *Communis*, textu expresso in cap. Scriptum est 40. §. Et si partes, de electione, juncto ejus Summario, in quo sic præcise habetur, ibi: *Si postulatio cum electione concurrat, & numerus Postulantium est duplo major, & Postulatus est idoneus, postulatio admittitur, rejecta electio.*

(Vid. leg. 24. & 25. tit. 5. p. 1. Ad rem lex 26. tit. 31. p. 3. Consonat lit. E, pag. 172. & lit. C, pag. 91. in nov.)

29 Si vero in concursu electionis cum postulatione, numerus postulantium non sit duplo major, tunc, rejecta postulatione, electio ab alia parte quamvis minore celebrata valet, & confirmari debet; dummodo hæc pars eligentium superet unam tertiam omnium suffragantium saltem per unicum votum, & aliunde electus sit idoneus. Colligitur clare ex cit. cap. Scriptum est 40. de electione; ubi postquam Papa decrevit, quod, rejecta electione, admittatur postulatio, si postulantium numerus fuerit duplo major eligentium, statim in §. Quod si, subjungit, oppositum esse observandum, quando postulantium numerus non reperiretur duplo major, neque eligentes excederent unam tertiam saltem per unum votum, ibi: *Quod si ad faciendum duplo majorem numerum simul omnes prædicti (scilicet postulantem) minime sufficerent, sive dignus, sive indignus fuerit postulatus; tu postulatione repulsa, electionem Plebani auctoritate nostra confirmes; dummodo nihil obstat eidem; quod ipsum tanto prælatu red-dat indignum;* Et sic tenent in dict. cap. Scriptum est: Innocentius, & Abbas n. 13. & 14. Barbosa ibid. n. 1. Hostiensis in Summa, de postulat. Prælatorum n. 13. §. final. Reiffenstuel lib. 1. decret. tit. 6. n. 154. & alii plures; & de facto fuit sic novissime observatum in famosa controversia inter Serenissimum Josephum Clementem de Ducibus Bavarie, & Eminentissimum Cardinalem de Fürstemberg, Episcopum Argentinensem pro electione, & postulatione de eis respectively facta ad Archiepiscopatum Coloniensem de anno 1688. Cum enim dictus Serenissimus, & Reverendissimus Princeps, Josephus Clemens Episcopus tunc Frisingensis, & Ratisbonensis (obtentio prius eligibilitatis sue Indulto Apostolico) ex convenientibus viginti quatuor Capitularibus per novem vota electus fuisset in Archiepiscopum Coloniensem, ejusdem Electio per Sacram Congregationem Rebus Consistorialibus præposita fuit tamquam canonica, & legitima declarata die 15. Sept. 1688. & per Summum Pontificem Innocentium XI. confirmata fuit die 20. Septembris ejusdem anni 1688. non obstante concursu postulationis, per quam dictus Eminentissimus Cardinalis de Fürstemberg Episcopus Argentinensis tredecim votis (nam alia duo vota dispersa erant) ad prædictum Archiepiscopatum postulatus fuisset quæ postulatio, omnibus mature perpensis, & luculenter discussis, fuit rejecta, & repulsa, tum à dicta Sacra Congregatione, tum à præfato Summo Pontifice, ut videre est apud P. Justum Redn. tom. 1. operis canonico-politici tit. 2. sect. 4. n. 133. ubi ad litteram refert & decretum Sacre Congregationis, & Breve Summi Pontificis, & late per totum dictum Titulum secundum refert integrè præfatam celebrem controversiam digne ibi animadvertendam.

31 Postulatio fieri debet, & admitti potest ab eo Superiore, ad quem alias spectat prælati confirmatio, dummodo habeat potestatem dispensandi super impedimento, & defectu electionis; nam admissio Postulationis vim confirmationis habet. *Communis*. Sic in meo Seraphico Franciscano Minorum de Obser-

vantia Ordine, si pro una Provincia, & alia per Provinciale Capitulum legitime celebratum postuletur Pater aliquis in Ministerium Provinciale, cujus alias electio irrita esset, & nulla ob Canonice extraneitatis impedimentum juxta nostra statuta per Summum Pontificem approbata cap. 8. §. 37. n. 3. admissio hujus postulationis pertinet ad Ministrum Generalem, cum ad eundem pertinet confirmatio electionum provincialium. *Clemens*. Exivi. de verb. significacione; Et ita est discurrendum pariformiter de aliis Regularibus habentibus consimiles quoad hoc constitutiones.

Item generatim, si quis legitime postuletur ad aliquam Ecclesiam, seu Dignitatem episcopatu inferiori, talis postulatio admitti potest ab Episcopis aliisque Prælati, quibus competit potestas confirmandi electionem, aut quibus Ecclesiam, seu dignitatem & qui possunt dispensare super defectu, ob quem fit postulatio; nam qui dispensare non potest, nec potest postulationem admittit, cum in illa requiratur dispensatio, ut patet ex ejus definitione tradita n. 1. & declaratione data n. 2. Unde si minor 20. annis juxta c. Permittimus unic. de atat. & qual. in 6. vel minor. 22. annis juxta Concil. Trid. sess. 24. c. 11. de reformat. ad dignitatem, cui Cura animarum non est annexa, v. g. Decanatum, Archidiaconatum, fuerit postulatus, non potest Episcopus talem postulationem admittit, quia ipse non potest dispensare in defectu ætatis jure communi canonico requisitæ ad ordines, vel beneficia, ut desumitur clare ex citato cap. Permittimus unic. de atat. & qual. in 6. & Concil. Trid. cit. sess. 24. c. 11. de Reformat.

Item postulatio unius Episcopi ad alium Episcopatum admitti potest à solo Summo Pontifice, cum cessio & translatio Episcoporum numeretur inter causas majores, seu graviores, quæ soli Summo Pontifici sunt reservatæ; c. Quod translationem 4. de Offic. Legat. c. Majores 3. de Baptismo, cap. Ut debitas 59. in fine, de appellacion. cap. Cum ex illo 2. de translation. Episcop. cum similibus.

Superior, absolute loquendo, non tenetur ex obligatione justitiæ strictè sumpta admittit postulationem etiamsi sit facta à Capitularibus unanimiter de persona idonea, sed potest Postulationem rejicere absque cujusquam injuria; Colligitur clare ex c. Bonæ memoriæ 3. de postulatione prælatorum, verbi. Attendentes: ibi: *Cum etiam quando aliqui ab aliis unanimiter postulantur ad admittendam postulationem eorum, non tam ex justitia, quam ex gratia moveatur, scilicet Apostolica Sedes, & ex c. Postulationem 5. tit. eodem, ibi: Licet ergo per postulationem hujusmodi nullum jus sit alicui acquisitum, ideoque sine præjudicio alicujus postulationem potius semus repellere memoratam.* Sic tenent Glossa in cit. c. Bonæ memoriæ verb. Gratia: Hostiensis in Summa de postulatione Prælatorum. num. 12. Gregor. Tolosan. tract. de election. c. 2. num. 11. Pirhing. lib. 12. Decretal. tit. 5. num. 15. Justus Redn. tom. 1. oper. canonico-politici tit. 2. n. 129. & alii contra alios. Et ratio nostræ conclusionis est, quia tota admissio postulationis nititur gratiæ Superioris, ut patet ex cit. c. Bonæ memoriæ 3. de postulatione prælatorum, ibi: *Non tam ex justitia, quam ex gratia, & concordat cit. c. Postulationem 5. tit. eodem, ubi dicitur, quod per postulationem hujusmodi nullum jus sit alicui acquisitum, ideoque sine præjudicio alicujus postulatio possit repelli; adeoque &c.* Tum quia admissio postulationis continet dispensationem, cum in postulato semper sit impedimentum, seu inhabilitas ad prælaturam obtinendam, in quo, seu in qua Superior dispensare debet: atqui omnis dispensatio Superioris in impedimento, vel inhabilitate, non ex justitiæ debito proprie, sed ex gratia procedit, cum jure inhabilis ad rem aliquam non habeat jus ex-

33 Item generatim, si quis legitime postuletur ad aliquam Ecclesiam, seu Dignitatem episcopatu inferiori, talis postulatio admitti potest ab Episcopis aliisque Prælati, quibus competit potestas confirmandi electionem, aut quibus Ecclesiam, seu dignitatem & qui possunt dispensare super defectu, ob quem fit postulatio; nam qui dispensare non potest, nec potest postulationem admittit, cum in illa requiratur dispensatio, ut patet ex ejus definitione tradita n. 1. & declaratione data n. 2. Unde si minor 20. annis juxta c. Permittimus unic. de atat. & qual. in 6. vel minor. 22. annis juxta Concil. Trid. sess. 24. c. 11. de reformat. ad dignitatem, cui Cura animarum non est annexa, v. g. Decanatum, Archidiaconatum, fuerit postulatus, non potest Episcopus talem postulationem admittit, quia ipse non potest dispensare in defectu ætatis jure communi canonico requisitæ ad ordines, vel beneficia, ut desumitur clare ex citato cap. Permittimus unic. de atat. & qual. in 6. & Concil. Trid. cit. sess. 24. c. 11. de Reformat.

Item postulatio unius Episcopi ad alium Episcopatum admitti potest à solo Summo Pontifice, cum cessio & translatio Episcoporum numeretur inter causas majores, seu graviores, quæ soli Summo Pontifici sunt reservatæ; c. Quod translationem 4. de Offic. Legat. c. Majores 3. de Baptismo, cap. Ut debitas 59. in fine, de appellacion. cap. Cum ex illo 2. de translation. Episcop. cum similibus.

Superior, absolute loquendo, non tenetur ex obligatione justitiæ strictè sumpta admittit postulationem etiamsi sit facta à Capitularibus unanimiter de persona idonea, sed potest Postulationem rejicere absque cujusquam injuria; Colligitur clare ex c. Bonæ memoriæ 3. de postulatione prælatorum, verbi. Attendentes: ibi: *Cum etiam quando aliqui ab aliis unanimiter postulantur ad admittendam postulationem eorum, non tam ex justitia, quam ex gratia moveatur, scilicet Apostolica Sedes, & ex c. Postulationem 5. tit. eodem, ibi: Licet ergo per postulationem hujusmodi nullum jus sit alicui acquisitum, ideoque sine præjudicio alicujus postulatio possit repelli; adeoque &c.* Tum quia admissio postulationis continet dispensationem, cum in postulato semper sit impedimentum, seu inhabilitas ad prælaturam obtinendam, in quo, seu in qua Superior dispensare debet: atqui omnis dispensatio Superioris in impedimento, vel inhabilitate, non ex justitiæ debito proprie, sed ex gratia procedit, cum jure inhabilis ad rem aliquam non habeat jus ex-

gendi illam tamquam sibi debitam; cap. Literas 14. dist. 63; ergo per postulationem nullum acquiritur jus postulato, & consequenter nulla etiam illi irrogatur injuria, seu præjudicium, etiamsi repellatur quævis postulatio à Superiore, adeoque Superior non tenetur ex debito justitiæ strictè sumptæ illam admittit, cum nemo in vivo de suo cogatur facere beneficium, textu expresso in c. Precedat 4. caus. 10. quest. 2.

36 Quamvis tamen non teneatur Superior admittit talem postulationem, ut dicebatur, absolute loquendo, & ex obligatione justitiæ strictè sumptæ; tamen ex debito sui officii, tenetur superior admittit postulationem rite celebratam, & factam ob urgentem necessitatem, vel magnam utilitatem Ecclesiæ, v. g. si postulatus esset necessarius, vel valde utilis Ecclesiæ, seu bono communi, & hujusmodi; Glossa notabilis in c. Cupientes §. Denique, verb. Gratia, de election. in 6. id à simili probans ex l. 1. §. penult. ff. de aqua quotidian. Alia Glossa in cap. Ut constitueretur 25. verb. Detrahendum dicit. 50. Abbas in cap. Postulationem 5. de postulatione Prælatorum num. 2. Post Joann. Andream, & Hostiensem in cap. Cum ad Monasterium de electione Alexander cons. 80. num. 12. l. 1. Fagnan. in cit. c. Bonæ memoriæ 3. de postulatione Prælatorum. num. 66. Pirhing. lib. 1. Decretal. tit. 5. sub num. 15. Reiffenstuel ibid. n. 72. Justus Redn. loc. cit. num. 131. & alii passim; Et ratio est, quia Superior ex vi sui officii tenetur necessitatibus, & utilitatibus commissis sibi Ecclesiæ, & boni communis providere, & non impedire; Et si ad id quandoque necessaria sit aliqua dispensatio propter urgentem, justamque rationem, atque majorem utilitatem, erit ab ipso concedenda; Concil. Trident. sess. 25. de reformat. c. 18. ibi: *Quod si urgente justaque ratio, & major quandoque utilitas postulaverit, ac summa maturitate, atque gratia à quibuscumque, ad quos dispensatio pertinet, erit præstandum; et ergo Superior in dictis casibus tenetur talem postulationem dispensative admittit, & alias si ipsam non admittit, injustitiam committeret contra Ecclesiam, ut videtur colligi ex cap. Postulationem 5. in fine de postulatione Prælatorum. ubi Pontifex quoad contrariam postulationem, citat ad sui præsentiam utramque contendentem partem sic concludens: Quatenus (utraque parte presente) quod factum fuerit, decernamus; Superior enim Ecclesiæ sibi commissæ omni meliori modo ex justitia mutua providere tenetur, c. Ne pro defectu 41. de election. Immo Superior non admittendo talem legitimam postulationem ultra injuriam, quam faceret postulantibus, faceret injuriam etiam ipsi postulato, si aliunde, supponitur, idoneus esset, arg. cap. Pastoralis 29. de Jure patron. ubi Episcopus condemnatur ad providendum de beneficio competenti Clerico presentato legitime à patronis, & ab ipso injuste repulso, ibi: *Verum tamen constituimus, ut Episcopus, qui presentatum idoneum malitiose recusavit admittit, ad providendum eidem in competenti beneficio compellatur, quatenus puniatur in eo, in quo ipsum non est dubium deliquisse.**

37 Unde si Prælati inferior habens potestatem dispensandi in defectu, seu impedimento, dictam legitimam postulationem rejiciat, & nolit admittit, possunt postulates Superioris Prælati officium implorare, ut recusantem compellat admittit. Gloss. in cit. c. Bonæ memoriæ 3. de postulatione Prælatorum. verb. Gratia: Layman ib. n. 7. Abbas ib. n. 13. Pirhing. loc. cit. sub num. 16. Reiffenstuel loc. cit. num. 73. & alii.

38 Postulantes tenentur postulationem presentare postulato quam citius commode poterunt; & si ipsi fuerint negligentes, non presentando infra octo dies, puniuntur, ut electores; colligitur ex c. Quam sit

Ecclesiis 6. de election. in 6. & cap. Cupientes 16. §. Ceterum; & §. Denique cod. in 6. & Glossa in d. §. Denique; verb. Consensum: ubi sic expresse habet: *Et si postulantes negligentes fuerint in presentando, puniuntur, ut Electores, Electores autem sub gravissimis penis statutis in cit. cap. Cupientes 16. de election. in 6. §. Ceterum: tenentur Electum presentare infra octo dies, postquam commode poterunt ibi: Ceterum: si Eligentes electiones ipsas concorditer, vel in discordia celebratas infra octo dies, postquam commode poterunt, Electum presentare distulerint, ipsos, qui culpabiles in hoc extiterint &c.*

Postulatus autem post factam sibi presentationem postulationis tenetur infra mensem, si velit acceptare Prælaturam, præstare consensum conditionatum, aut saltem dicere, quod non dissentiat, sed in hoc voluntati Domini Papæ se submittat, arg. cit. cap. Quam sit Ecclesiis §. Electus: ibi: *Intra mensem à tempore presentationis, & cit. cap. Cupientes 16. de elect. in 6. §. 1. ibi: Infra unum mensem, & §. Denique, ibi: Si non dissenserint, & Glossa ib. verb. Consensum: ubi sic expresse habet: Episcopus postulatus ad Ecclesiam sic debet respondere, nec consentio, nec dissentio; sed in hoc me voluntati Domini Papæ suppono; c. Ad hoc, cap. In Scripturis 9. caus. 8. quest. 1. ibi: quod infra mensem facere debet.*

Pro facienda postulatione solemnè tutius, seu securius est observare formam scrutini, qualis pro facienda electione præscribitur in cap. Quia propter 42. de election. Cum enim Abbas Panormitan. in cit. cap. Quia propter 42. de electione n. 9. q. 2. Innocentius in cap. In causis 30. num. 1. de election. Gregor. Tholosan. tract. de election. c. 2. num. 11. Baldus ad Rubricam de election. n. 4. Layman in 29. de Prælatorum election. q. 80. & varii alii teneant etiam in solemnè postulatione necessario observandam esse dictam formam scrutini, tutius est illam observare; arg. cap. Si quis autem 4. de Pun. dist. 7. ubi ex verbis S. Augustini dicitur: *Ergo tene certum, dimittit incertum.*

Nihilominus non esse absolute necessarium pro postulatione facienda observare dictam formam scrutini tenent Hostiensis in Summa tit. de Postulat. n. 10. Fagnan. in cap. Publicato n. 50. de election. Franch. in c. Unic. n. 3. de Postulat. in 6. Layman ibid. num. 5. Silvester verb. Postulatio q. 1. Passerinus cit. c. 24. q. 5. n. 9. Pirhing. lib. 1. Decretal. tit. 5. num. 21. Reiffenstuel ib. n. 59. & alii plures; & ratio est, quia si eadem forma scrutini requiretur ad postulationem, sicuti ad electionem, sequeretur, quod sicuti publicato scrutinio, non possunt variare electores, ita nec possent variare Postulantes; hoc autem est falsum, ut patet ex dictis supra n. 19. & 20. adeoque &c. Tum quia nullibi in Jure reperitur expresse requisita talis forma scrutini pro facienda postulatione, sicuti pro facienda electione reperitur expresse requisita in cit. cap. Quia propter de elect. Et jure merito requiritur pro electione, & non pro postulatione, quia per electionem acquiritur Jus Electo, c. Postquam 2. de electionum cum similibus; per postulationem autem nullum jus acquiritur postulato; cap. Bonæ memoriæ 3. & cap. Postulationem 5. de Postulatione Prælatorum per verba adducta supra n. 35. Unde non mirum, quod pro electione requirantur majores solemnitates, quam pro postulatione, sicuti ad testamentum, quia perfectior est actus, requiruntur plures solemnitates, quam ad Codicillum, utpote actum minus perfectum, adeoque &c.

Pro facienda postulatione prohibite sunt, & reprobata à Jure Canonico sequentes formulæ nempe: *Eligo postulando, & postulo Eligendo, aut Eligo postulandum seu postulo Eligendum;* Sic textu expresso in c. Unic. de postulatione Prælatorum in 6. ad-

- addita ibi hac ratione: Cum nec vera electio, nec vera postulatio resultet ex ipsis, quin sibi potius inchoem adveniant. Item probantur istæ formulæ.
- 43 *Eligo in postulandum, vel postulo in Eligendum* textu expresso in *cit. cap. Unico*, addita ibi hac ratione: Cum rem imperfectam significare noscantur.
- 44 Item reprobat etiam ista formula: *Eligo, & Postulo, prout potest melius de Jure valere*, textu expresso *ibid.* addita hac ratione: Cum incertitudinem contineat. Excipitur tamen casus, quando probabiliter dubitatur, utrum quis sit eligendus, vel potius postulandus, quo casu is, qui sic postulatus fuerit, & electus, consensus tempore, viam electionis, vel postulationis, ne in certo vagetur, eligere necessario tenetur, redeundi ad aliam (postquam unam elegerit) sibi licentia panitus interdicitur. Sic præcisè verbis Bonifacius VIII. in *cit. cap. Unico de postulatione Prælatorum* in 6.
- 45 Ubi, ut vides, in tali casu debet sic Postulatus, seu Electus, tempore consensus, eligere viam electionis, vel postulationis, ne vagetur in incerto, & una harum electa, non poterit redire ad alteram, id est, si elegerit viam electionis, non poterit amplius redire ad viam postulationis; & si elegerit viam postulationis, non poterit amplius redire ad viam electionis. Consensus autem præstare debet intra mensem post presentationem sibi factam ex citatis Juribus & Gloss. *supra n. 39.* addita Gloss. in *cit. cap. Unico de Postulatione Prælat.* in 6. *verb. Consensus*: ubi sic expresse dicit: *Quem infra mensem post presentationem sibi factam exhibere tenetur.*
- 47 Alia ad rem. Vide *verb. Episcopus art. 2. & 3.*

PŒBENDA.

- 1 Præbenda suppressa, ut fructus assignentur Theologo, qui legat, & prædicit, Clerico Seculari, & non Regulari assignandi sunt; Sac. Cong. Rituum in *Illerden. 15. Novembr. 1603.* quam refert Sellius in *selectis canon. cap. 52. num. 11.* & Barbosa in *Summ. Apostolicar. decision. verb. Præbenda num. 1.*
- 2 Præbenda, quæ mutat statum, & de Diaconali effecta est Presbyterialis, debet gerere habitum Presbyteralem, non autem Diaconalem; Sac. Congr. Rit. in *Januen. 24. Mart. 1612.* teste Sellio *diſt. c. 422. num. 12.* Barbosa *loc. cit. num. 3.*
- 3 Præbenda Presbyterali vacante, poterit Episcopus eam conferre illi, quia Diaconalem, seu Subdiaconalem habet, & has uni, qui etatem habet pro his obtinendis: S. C. Cong. penes Nicol. Garc. de *benefic. par. 7. cap. 4. n. 26.* Barbos. *loc. cit. n. 3.*
- 4 Præbenda in mensibus reservatis Sedi Apost. vacans non potest erigi in Præbendam Penitentialem; S. C. C. apud Nicol. Garc. de *Benef. p. 5. c. 4. numer. 127.* Barb. *loc. cit. n. 5.*
- 5 Præbenda post Concilium primo vacans, si non fuit in Penitentialem erecta, potest optari, sed si ante optionem Episcopus erexit, erectio prævalet, etiam si postea optaretur, Sac. Congreg. Concil. apud Nicol. Garc. de *benefic. p. 5. c. 4. n. 129.* & apud Barb. in *diſt. Summ. Apost. decis. verb. Præbenda n. 5.*

PŒBENDA

THEOLOGICALIS ET PŒNITENTIALIS.

SUMMARIUM.

- 1 Deputatio actualis requiritur ad erectionem Præbende Theologicalis.

- 2 Erectio Præbende Theologicalis non habet locum in ea, quæ vigore status à sequenti Canonico optatur.
- 3 Deputatio Præbende Theologicalis non habet locum in Ecclesiis Regularibus.
- 4 Collatio Præbende Theologicalis erecta post Concilium spectat ad eum, ad quem ante Concilium spectabat.
- 5 Regulari conferri non potest Præbenda Theologicalis Ecclesie Cathedralis.
- 6 Præsens in choro habendus est ille, qui habet Præbendam Theologicam, pro diebus legit, & qualiter.
- 7 Canonice Præbende Theologicalis, si legere nolit quomodo ab Episcopo compellendus?
- 8 Canonice antiquiores præcedunt illi, qui habent Præbendam Theologicam.
- 9 Optari non potest Præbenda, quæ erecta fuit in Theologicam.
- 10 Optioni non subjacet Præbenda Theologicalis, postquam est effectum sortita.
- 11 Optandi ad Jus competens Canonice non est admittendus Canonice Theologicalis.
- 12 Optare aliam Præbendam adinstar aliorum Canonice non potest obtinens Præbendam Theologicam.
- 13 Theologus, & Penitentiarium Canonice non est admittendus ad Jus optandi.
- 14 Episcopus, dum Præbenda Theologicalis vacat, potest fructus applicare persone, quæ suppletur.
- 15 Præbenda primo debet prius per Episcopum assignari pro Theologo, quam pro Penitentiarium.
- 16 Collatio Præbende uniendæ Officio Penitentiarium ab illis fieri debet, ad quos antea spectabat.
- 17 Alia ad rem, remissive.
- 18 Add. per remissionem.

Præbende Theologicalis ad erectionem requiritur actualis deputatio, & ideo si in provisione Præbende non fuit facta actualis deputatio, non potest provisus compelli obire munus lecturæ. Sac. Cong. Conc. teste Nicol. Garc. de *benefic. p. 5. c. 4. n. 155.* & apud Barb. in *Summ. Apostol. decis. verb. Præbenda Theologicalis num. 1.*

Præbenda Theologicalis erectio locum non habet in ea, quæ vigore status à sequenti Canonico optatur, sed illa Præbenda, quam dimittere Canonice novissime optat, huic muneri unita, & affecta remaneat. Sac. Congreg. Concil. in *Sanen. 6. Junii 1592.* penes Nicol. Garc. in *addit. ad rum tract. de benefic. par. 5. cap. 4. num. 130.* & Barbos. *loc. cit. num. 2.*

Præbenda Theologicalis deputatio non habet locum in Ecclesiis Regularibus, ubi Ecclesie non sunt distinctæ, nec Ecclesie numeratæ, prout est Ecclesia Cathedralis Pamplionensis, sed cogendi sunt Monachi, ut provideant de Lectore idoneo Theologia, qui publice legat, non solum ipsis Monachis, sed omnibus aliis audire volentibus. Sac. Cong. Concil. in *Pamplion. 9. Septemb. 1573.* apud Barbos. *loc. cit. num. 3.*

Præbenda Theologicalis collatio erectæ post Concilium spectat ad eum, ad quem ante Concilium spectabat, scilicet ad Capitulum, & institutio ad Episcopum. Sac. Cong. Concil. in *Toletana 24. Septemb. 1592.* apud Barb. *loc. cit. n. 2.*

Præbenda Theologicalis Ecclesie Cathedralis conferri Regulari non potest. Sac. Cong. Episc. & Regul. 28. Junii 1583. quam refert Sell. in *selectis canon. c. 16. n. 42.*

Præbendam Theologicam habens diebus, quibus legit, habendus est tamquam præsens in choro, non mo-

PŒCEDENTIA.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopus brevi manu, summarie, & de plano componere potest Præcedentiarum controversias in processibus, & funeralibus exortas.
- 2 Dignioribus semper danda est præcedentia.
- 3 Episcopi præcedunt inter se secundum tempus electionis, seu provisionis.
- 4 Episcoporum in Conciliis Provincialibus præcedentia statuitur juxta tempus Ordinationis, non secundum Dignitatem Ecclesiarum.
- 5 Canonice Ecclesie Cathedralis præcedunt Canonice Collegiate.
- 6 Canonice Ecclesie Cathedralis danda est præcedentia in processibus, & funeralibus.
- 7 Canonice Collegiarum an habeant præcedentiam supra Collegium Parochorum.
- 8 Parochi Ecclesiarum quomodo inter se præcedant.
- 9 Clero Seculari supra Regulares præcedentia debetur.
- 10 Sacerdotes ex ancianitate Ordinis, non ex gradu Doctoratus, inter se præcedunt.
- 11 Ancianitatis præcedentia inter ejusdem, & non diversi Ordinis Milites servanda.
- 12 Baccivi Capitulares, & Militæ magnæ Crucis Religionis Hierosolymitane inter se præcedunt per ancianitatem.
- 13 Advocatorum Consistorialium præcedentia ante alios Advocatos Rom. Curie.
- 14 Canonice Secularium Ecclesie Lateranensis præcedentia est ante Canonice Basilicæ Sancti Petri.
- 15 Canonice S. Georgii in Alga præcedunt Canonice Cong. Lateran.
- 16 Canonice Regulares Lateran. præcedunt Monachis Cassinensibus.
- 17 Fratres Predicatores præcedunt aliis fratribus Mendicantibus, & non Mendicantibus.
- 18 Præcedentia inter Regulares in territorio Romano servanda est sicut in ipsa Urbe.
- 19 Monachi præcedunt juxta Bullam Gregorii XIII.
- 20 Cistercienses reformati præcedunt Mendicantibus.
- 21 Fratres Mendicantes semper, & ubique tribuere debent præcedentiam Monachis.
- 22 Fratres Minores de observantia præcedunt fratribus Minoribus Conventualibus.
- 23 Fratres observantes, & Tertiarii S. Francisci præcedunt inter se juxta Bullam Gregorii XIII.
- 24 Præcedentia inter simplices Presbyteros debetur ancianis, nisi Presbyteri Minores suppleant vicem, & munus Parochi.
- 25 Prothonotarius ratione hujus Dignitatis non præcedit in Choro, & functionibus aliis Presbyteris ancianis, quomodo in Ecclesia non adsum distributiones.
- 26 Declara quatenus non incedat in habitu prothonotarii.
- 27 In processibus, quæ fiunt cum intervenitu Capituli Cathedralis, Beneficium illius præcedunt supra Parochos.
- 28 Præcedentia, quæ debetur Parochis perpetuis, debetur etiam Curatis amovilibus.
- 29 Quod præcedit etiam in eorum substitutis, & subrogatis.
- 30 Præcedentia inter Regulares utriusque sexus

modo pro illis Hotis Matutinis, & Missa solemnibus, sed etiam pro tota die, ac distributiones quotidianas percipere debet. Sac. Congreg. Concil. testibus Armendar. in *addit. ad recop. legum Navarra lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. de resident. canon. n. 68.* Nicol. Garc. de *benefic. par. 3. c. 2. n. 218.* apud Barb. *loc. cit. num. 6.*

7 Præbendam Theologicam obtinens, si legere ullo modo nolit, poterit Episcopus illum cogere comminationibus penarum, sequestrationibus fructuum, assignatione portionis de eisdem fructibus alteri, qui ipsius loco legat: demum crescente contumacia, ad alias penas, etiam privationis, devenire poterit, factaque privatione ad corroborandum Concilii decretum Episcopus declarare debet, talem Præbendam, & Canonice affectum fuisse, & esse ex Concilio pro Sacre Scripturæ Lectore: tunc eligat personam idoneam, quæ id munus per se ipsam exequi valeat, & illi per Ordinarium Collatorem hujusmodi Præbenda conferatur. Sac. Congreg. Concil. in *Majoricen. apud Sellium in sel. Canon. cap. 8. num. 12.* & Barbos. *loc. cit. n. 7.*

8 Præbenda Theologicalis non est Dignitas, & ideo primum locum eam obtinens relinquere debet antiquioribus Canonice. Sac. Cong. Concil. in *Mediol. apud Barb. loc. cit. n. 8.*

9 Præbenda optari non potest, quæ fuit erecta, & deputata in Theologicam pro Theologo, à sequenti Canon. Sac. Cong. Concil. teste Nicol. Garc. de *benefic. p. 5. c. 4. n. 132.*

10 Præbenda tam Theologi, quam Penitentiarium, etiam postquam est effectum sortita, non subjacet optioni. Sac. Congreg. Concil. 12. Febr. 1601. quam citat Nicol. Garc. de *benefic. in addit. p. 5. cap. 4. n. 122.*

11 Præbendam Theologicam obtinens non est admittendus ad Jus optandi competens Canonice. Sac. Cong. Concil. quam adducit Nicol. Garc. in *addit. p. 5. c. 4. num. 134.*

12 Præbendam Theologicam obtinens non potest illam dimittere, & aliam optare ad instar aliorum Canonice. Sac. Cong. Concil. die 7. Jun. 1601. apud Barb. *loc. cit. num. 12.*

13 Præbenda Theologicalis, vel Penitentiarium, sicut non potest ab aliquo Canonice optari, cum detur per electionem, prævio examine, ita Theologus, vel Penitentiarium non est admittendus ad Jus optandi. Sac. Cong. Concil. die 12. Febr. 1601. quam refert Sell. *à c. 8. n. 13.*

14 Præbenda Theologicalis dum vacat, potest Episcopus fructus applicare alicui persone, quæ supplet munus legendi. Sac. Cong. Episc. & Regul. in *Cambr. 8. Febr. 1694.* penes Sellium, *d. c. 8. n. 15.* & Barb. *loc. cit. num. 14.*

15 Penitentiarium providere de prima Præbenda non est in optione Episcopi, licet ratione Curæ animarum videatur esse magis necessarium, sed potius de ipso providere debet prius Theologum propter verba Concilii *sess. 5. c. 1. de reform.* Verum si magis expediens in aliquo loco particulari fuerit judicatum, ut prius de Penitentiarium provideatur, habenda est confirmatio à Sede Apostolica ad omnem difficultatem tollendam. Sac. Cong. Concil. in *Civit. Castellana 17. Nov. 1629.* quam refert Sellius in *sel. can. c. 26. num. 40.*

16 Collatio Præbende uniendæ officio Penitentiarium ab illis fieri debet, ad quos antea spectabat: unde si contingat in mense Apostolico officii Penitentiarium, & unitæ Præbende vacatio, vel alias Præbenda esset reservata, vel affecta, electio personæ hujusmodi Penitentiarium pertinet ad Papam. Sac. Congreg. Concil. teste Nicol. Garcia de *benefic. par. 5. cap. 4. num. 144.*

17 Alia Vide *verb. Canonice art. 9.*
 Confer, quæ diximus in additione ad *verb. Canonice art. 1. & 2.*